

tate prope Capuinos (Braga supra Aradian) & templum S. Matthaei, transiret, audivit au-
riga eius ibi campanula sonum signum dantis ad elevationem Venerabilis hostia in Missa:
& quia erat pius Christianus equo desilit in templum incurrit, & ibi S. Lavamentum ad-
nit, Praxomira in curru praeforibus relicta, cum etiam aurigam suam Christianum esse cerne-
ret in execrationes ac blasphemias tantas prorupit, ut omnia vicina & templum clamore
repleret, tandemq; tantorum scelerum impatiens terra sub ea horrendè disrupta eam cum
equo & curru in tartara absorpsit, rursusq; fumo ac fœtore emisso clausa est. Accurrit
auriga & flagellam suam in terram abjectam reperit: gratiasq; flexis genibus Deo actis stu-
pet. adest & sacerdos finita missa & populus qui ingentem sub terra ejulatum exi-
piunt. Manet autem locus ille maledictus ita ut quicumq; eum temerariè calcasset, ea
die maledictionem & publicam aliquam ignominiam pateretur. Quare vocati sunt ho-
cum illum fœpibus cingere, tandemq; columna superaedificata est quam hodieq; totus
mundus aspiciit.

Vita S. Wenceslai Martyris.

Corculum hoc Boëmiæ exemplar omnis sanctimoniam S. Lidmilla & Venerabili
illi Presbytero Paulo debemus. Eum namq; natum anno M. D. 908 cum iam fratrem
Boleslaum haberet sibi S. Lidmilla vidua educandum à Praxomira dari impetravit &
Sacellano suo Paulo commisit, qui totis viribus ei sanctitatem instillabat, adeoq; timebat,
ne plantula hæc corrumpereetur, ut eum etiam in suum lectum acciperet, eumq; quotidie
orare, ac Deum timere doceret. Ipse enim Paulus quotidie mane dum surgeret S. Petrum
deprecabatur, ut eum pium Principem efficeret. Erat autem tunc trium annorum.
Petrus cum 6. esset annorum missus est in Budei (quæ civitas non exstat) ad studia: ubi
preces, quibus apud Praeceptorem suum Paulum assueverat, nunquam omisit: sacerdotibus
celebraturus induebat, ad missam ministrabat in templo S. Petri, ubi etiam vinum,
Et hunc

Et hunc